



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,  
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

An corporis sanitas requiratur ab accedente ad Communionem, §. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41783**

ilitatem illa instrumenta de-  
ponant; tamen. si secus fiat, non  
puto facile affuturum scanda-  
lum, saltem grave: nisi fortè ali-  
quam rudis homuncionis levem  
admirationem, de qua non est  
valde laborandum. Consuetudo  
autem, quæ alicubi viget ea de-  
ponendi; nil aliud ostendit, nisi  
prædictam modestiam, à qua or-  
tum eam habuisse, & non nisi  
decentiæ obligationem afferres  
jam omnes ferè norunt.

## §. 5.

*An corporis sanitas requiratur  
ab accedente ad Eu-  
charistiam.*

13 **N**ULLA ex se requiritur.  
Solum ergo à commu-  
nionem arcendi sunt infirmi illi,  
in quibus, ratione vomitus, vel  
frequentis tussis, aliqua irreve-  
rentia sacræ hostiæ rationabili-  
ter timetur. De leproso vid. sup.

§. 2.

E 7

14 Ve-

a Jo. Sanchez in se-  
lect. d. 38.  
n. 2.

14 Verum, quo ad ejusmodi Infirmos, quæ nam sunt diligentia exhibendæ? sanè, si infirmus, a post sumptum cibum, etiam modicum, statim eum sursum, vel deorsum, expellat; ne communicetur. Si verò modicum cibum, vel particulam non consecratam, cum qua fieri experientia potest, retineat; concedendum est ei sacrum Viaticum. Quod si non ex assumpto cibo, sed ex ipsa ægritudinis vi, vomitum patiat; communicandus non est, nisi, per sex circiter horas, vomitus cessaverit, & medicus, vel si hic absit, astantes judicaverint, saltem per horam ab assumpta Eucharistia, infirmum non vomiturum, nam tunc comunicari poterit. Quod si deinde, per accidens redeat vomitus, & sacra hostia expellatur; reponatur in loco aliquo sacro, ac species, ubi corruptæ fuerint, in sacrarium recondan-

cur.

jur. Cætera, quæ ad Infirmi-  
 communionem pertinent, dice-  
 mus infra suo loco cap. 5. vide  
 item c. 3. §. 4.

## §. 6.

*De jejunio naturali requisito  
 ante Communionem.*

15 **D**Vo mox dicenda requi-  
 runtur ad hoc ut vio-  
 letur jejunium naturale, dictum  
 naturale ad differentiam Iejunii  
 Ecclesiastici, quod Ecclesia præ-  
 cipit observari in diebus Iejun-  
 niorum. Eo violato, ad sacram  
 Communionem, extra casum  
 necessitatis, de quo dicemus  
 mox, §. 8. accedere, sacrile-  
 gium mortale esse (& quidem  
 per nos unum) *b* ignorat nemo.

16 Primò, igitur requiritur,  
 quòd quicumque cibus, vel po-  
 tus sumatur: cibus autem, &  
 potus est ille, qui in stomacho  
 alteratur, seu digeritur, vel ad  
 dige-

*a De Lug.  
 de Euch.  
 d. 15. sec. 2*

*b Ut sup.  
 diximus  
 c. 1. §. 3*